

SCRIPTA

Numéro Scripta : 988

Auteur(s) : Eugène III [pape]

Bénéficiaire(s) : Thibaud, Cantorbéry (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Simon, Worcester (évêque)

Bénéficiaire(s) : Robert, Bath (évêque)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1146, 10 mars

Lieu d'émission : Rome, Trastevere

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Eugène III écrit à l'archevêque de Cantorbéry, et aux évêques de Worcester et de Bath (ces deux derniers n'ayant pas obtempéré à ses ordres), pour les déterminer à forcer Robert de Caen, comte de Gloucester, à rendre à Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, les biens volés à son église, et cela dans un délai de trois mois, et sous les peines les plus sévères.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXCVIII, t. 1, p. 244-245.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 41, p. 109-110.

Dissertation critique

Datation proposée par V Bourrienne et J. Ramackers.

Texte établi d'après a

Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Theobaldo, Cantuariensi archiepiscopo, Simoni, Guigornensi, et Roberto, Bataviensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri Philippi, Baiocensis episcopi, suscepta querimonia, per apostolica vobis, fratres Guigornensis, et R..., Bataviensis episcopi, scripta mandavimus quatinus Robertum, comitem Gloecestriæ, studiose commoneretis ut ejusdem ecclesie bona, quæ contra justiciam detinet, præfato episcopo et ecclesie suæ cum integritate restitueret, et in pace dimitteret. Quod si infra tres menses adimplere contempneret, de persona et terra ejus canonicam justiciam faceretis. Nos autem, sicut ejusdem episcopi repetita querimonia cognovimus, mandatum nostrum surdis auribus percepistis, et mancipare effectui contempsistis, quod, quanta sit animadversione plectendum, sanctorum Patrum auctoritas aperte declarat, suæ ruinæ debet dolere prosterni quisquis apostolicis contempnit obedire mandatis. Quamvis itaque tantus excessus vester gravi foret animadversione plectendus, nos tamen hoc

ex mansuetudine Sedis Apostolicæ ad præsens supportantes, per iterata scripta universitati vestræ mandamus, atque præcipimus quatinus eundem comitem ex nostra parte stodiosus (sic) moneatis, ut, infra tres menses post scripta nostra, quæ super hac causa sibi dirigimus susceperit, bona Baiocensis ecclesiæ, quæ contra justiciam detinet, eidem episcopo restituat, et in pace dimittat, aut loco et tempore quo a venerabili fratre nostro Hugone, Rothomagensi archiepiscopo, fuerit evocatus, ad ejus præsentiam veniat, vel responsales, qui querimoniis episcopi sufficienter respondeant, mittat, et quod justicia dictaverit ei exhibeat. Quod si infra supradictum terminum per eum adimpletum non fuerit, ex tunc eum a nobis excommunicatum publice denuntietis, et in tota terra illius, quæ in vestris episcopatibus sita est, divina prohibemus officia celebrari. Data Transtiberim, sexto idus marcii.